

Sicut nomen est. Quia si nullus dicit nichil est aliquid semper nichil esse nichil
 arguitur scire nemo tamen potest non nichil significatum esse dixerit
 etiam eorum. Si hoc ipsum nomen non significat nichil sed aliquid id quod
 significatur videtur non posse esse nichil sed magis aliquid. Si ergo quod
 significat non est nichil sed aliud qualiter uerum erit ut significatur per
 hoc nomen scilicet nichil? Quippe quod uere dicitur uere nichil est
 et ideo non est non aliquid. Quare si quod significatur hoc nomine non est
 nichil sed aliud, falso inaneque uocat hoc ad. Chremonem. Si scilicet
 iudicium omnium id quod nunciat nichil uere est nichil et nequaquam
 est aliquid. usque ne uideatur aliquid consequi quia ut hoc ipsum no-
 men nichil significet et si non significet aliquid. Quid itaque, quia hoc
 nomen uidetur nichil non significat nichil sed aliquid. et non signifi-
 cat aliud sed nichil. In scilicet non repugnat significare nichil
 et aliquid. Sed si non repugnat aut inuenienda est res aliqua
 que sit nichil et aliquid. quod non potest intelligi aut ista uox diuisa
 consideratione potest significare nichil et aliquid. Constat namque quia hec
 uox uidetur nichil quantum ad significationem nullatenus differt ab
 eo quod dico non aliquid. Nichil quoque hoc aperius quam quod si uox
 scilicet non aliquid omnem rem potius reme quod est aliquid intellectu
 remouendum. nec omnino ulla rem aut potius quod aliquid sit
 ponendum sua prolatione significat. Sed quia remotio alicuius rei signi-
 ficari nullatenus potest nisi cum significatione eius ipsius cuius si-
 gnificat remotio necesse est ut hec uox quod est non aliquid destru-
 endo id quod est aliquid significat aliquid. Quia uero auferendo omne
 quod est aliquid nullam significat entiam quam audiretis intellexit
 quasi existente remeant. idcirco uox non aliquid nullam rem aut
 quod sit aliquid significat. Scitur hec uox non aliquid his diuersis
 rationibus. aliquatenus significat rem et aliquid et nullatenus signi-
 ficat rem aut aliquid. Significat enim negando et non significat
 constituendo. hac ratione nichil nomen quod pertinet omne quod
 est aliquid et destruendo non significat nichil sed aliquid et con-
 stituendo non significat aliquid sed nichil. Quapropter non est
 necesse nichil esse aliquid ideo quod nomen eius significat aliud
 quolibet modo. Sed potius necesse est nichil esse nichil quia no-
 men eius significat aliquid hoc modo. hoc itaque modo non repu-
 gnant magis nichil esse. et mali nomen nichil esse significatum.